

Quaestor, tum et Camerales, Administratores-
 que et Notarii, alique ad eandem Calculationem
 Spectantes, comparant, calculationemque de re-
 ditibus et expensis Ducalibus reddant, illis in-
 jungimus, et, ne in defenso maneat, ipsi Ac-
 ta Commissionis praeterita et alia Documenta, ta-
 circa Generosum de Medem sequestrata et in
 Cancellaria Nostra Commissoriali reposita, jux-
 ta Regestrum communicanda esse censemus ter-
 minumque pro die crastino reservamus. Ad sup-
 plicationem autem Nobilis Henrici Hartman,
 Advocati, nobis porrectam, ipsum a Patrocinio
 sibi ante per Decretum Nostrum imposito, li-
 beramus.

Actum Mitavia in Commissioni Ge-
 nerali S. R. Majestatis et Reipub. die
 9. Septembris Anno 1727.

Comparuerunt Generosus Hahn, Aulicus
 et nobilis Radzki, Consiliarius Illustrissi-
 mi Ducis et Plenipotentiarum cum suo Advocato,
 et reassumerunt Desideria ac Petita Il-
 lustrissimi Ferdinandi Ducis Surlandiae in
 scripto tenoris talis.

Desideria et Petita Illustrissimi Surlandiae
 et Semigalliae Ducis.